

**Io. Baptistæ Portæ Neapolitani Magiæ Naturalis Libri
Viginti**

Della Porta, Giambattista

Frankfurt, 1607

Quomodo alba reddatur facies. Cap. IX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70772](#)

ad tingenda supercilia

ampelite terra vtebantur, quæ bitumini simili ma est, torretur, & optime nigerrimum colorem seruat, additur in calliblepharis, tingēdis, inficiendisq; capillis. Vel medulla bubula ex dextro crure priore trita cum fuligine, pilis, & palpebrarum vitijs, angulorumq; occurrit. Fuligo etiam in hoc vsu temperatur, optimè ellychnio papyraceo, oleoq; sesamino, fuligine in nouo vase penitus detersa. Nuclei palmarum cremati in fistili nouo, cinere loto spodij vicem efficiunt, miscenturq; collyrijs, & calliblephara faciunt addito nardo. Et si non recte videantur combusti, denuò torrentur. Rosarum quoque folia recte ad idem vruntur. Præterea supercilia sic curabis. Ladanum cum vino teri facias, & oleum myrtcum admiscebis, & vt pinguissimo lini mēto admiscebis. Vel folia nigræ myrticūm quassatarum gallarum duplo in oleo infundes, & vteris. Nos hoc viuimur. Frigūtur oleo gallæ, eas salis ammoniaci pūsillo tritabis, inde aceto immiscebis, quo mori, & rubi cortices ebullierint, illinantur supercilia, & per noctem immorentur, inde ex aqua lauabis. Si vero

Oculorum colorem permutare

pueris velis, sicut iasqueris. Putaminum coryli nucis cinere ex oleo sinciput illinatur, puerorum albos oculos denigrari contingit, operatione iterata. Pleraq; extant experimenta, albos & glaucos, oculos nigrefacienti, & varios inducendi colores. Sed hæc misla faciam, quium non tam leuiter egentes oculis periculū epiant, nec experientiæ, vti queruntur, respondent.

Quomodo alba reddatur facies. C A P. IX.

DO CVIMVS olim in Phytohomonicis, ex albis, nitidis, & argenteis herbis, conchilijs lapidibusq;, albam, nitidam, & argenteam faciem reddi. Afferamus nunc aliqua exempla, ex quibus alia imaginari queas. Dicemus primò simplicia, mox composita. Simplicia, quæ alba sunt, albificant faciem. Intaminati candoris filium est: cæpacei eius bulbi in aqua decocti, vel stillatitia ex eis aqua sū matutinis, & vespertinis horis

virginum facies illinantur, albæ redditur. Helxine ciliis
sam pelos florem non dissimilem fert lilio, nullo odore,
vel crocis intus, candorem tantum referens, ac veluti
Naturæ rudimentum lilia facere condiscunt. Stillati-
zia ex floribus aqua, mirè faciei cädorem exauget. Po-
sumus & eboris de cocto eburneum faciem reddere.
Mélanthion puram faciem reddit, ex Dioscoride: sed
hoc modo paratum suam præstantiam ostendit. ipsum
contere, & incerniculo exime subtiliorem partem, ex-
trahito è limonibus succum, quo madescat melanthij
farina per diem naturalem, exime, & exiccati permitti-
to, contere mox ouum cum corticibus suis, & remisce-
iterum in umbra exiccatum, iterumq; per incerniculum
transeat. Mane quum cubili exurgit muliet, imposita
farina in mundo linteo, modice raro, aqua, aut falso
humescat, & linteo faciem abstergat, vt cremot solus
non farina faciem tangat. Si vis vt

facies vi lac albescat.

Efficitur enim lactea multis modis, & præcipue sequen-
tis. Argentei lithargyri semunciam fortia aceto in olla
vitro perlita feruere curato, vsque donec pars tenuis
vertatur in auras, & recondito. In aliam mox ollam
ebulliat sexuncia claræ aquæ, utramq; demum aquam
remisceto, & agitato, & in lac vertetur & una petet, vbi
resederit, replete, aqua copiosè affusa, & dimissa, tem-
pore, vt consistat, denuo foras colato, ne uam injicito,
agitato, & spatiolum, vt considerat, relinquito, quod con-
sedit Soli exponito, & vbi vt strigmenta rigebunt, for-
mata in orbiculos recondito, quibus ad faciei dealbu-
tionem vti poteris ex aqua. Vell lithargyri argentei te-
rito vncias octo tenuiter, pulueri superfundito sonifi-
mi aceti libras quinque distilla, & ad usum recondito.
Accipe mox aluminis plumæ, salis gemmæ drachmam
vniam, thuris sesquiunciam, caphuræ drachmas duas,
olei tartari vncias sex, aquæ rosaceæ librâ, tere terenda,
& infunde distilla aquam chymisticis vasis, & reconde.
Quum vti libuerit, vtriusq; aquæ aliquantulum in pal-
ma manus remisce, & lac euadet, faciei adfrica, & eu-

dci

det alba. Vell limones citrigeri generis, circiter viginti decorticato, cortices in libram vini, præsertim generosi, & sesquilibram rosaceæ aquæ macerabis, senis diebus mox lilij albi, & maluæ radicum vnciam vnam addes, totidemque diebus immorari finito: tandem terebinthinæ resine vncias quatuor, viui argenti sublimati duas, boracis semunciam, dena ouia albumina igni durata addes, & simul permiscebis, seruantur nocte vna: postridie imposito supra vas pileo, & agglutinatis quidem in eo opere foraminibus, & munitis, ne halitum expirent, latex in subiectam paropsidem stillatim excipiatur. Ad usum recondito. Nos hoc utimur, quum paratu facile, & optimum producat effectum. Sumito albumen oui, ferro exagitabis tandiu, donec in spumam exalbescat, finito quiescat, vt in aquam vertatur. Sumito mox semunciam optimi mellis, & cum aqua illa exagitato, & remisceto, quousque vna coeant, ijs admisceto quantum duo grana tritici, argenti viui sublimati, & optimè contriti, quum ibis cubitum, aquam in palmis excipito, & faciem perlinito, & resiccare curato, ne linteis adhærescat, manc fontana aqua eluas, & inuenies faciem albam, nitidamque.

Quomodo faciem puram reddere debeant mulieres, vel mangonium optime recipiat. C A P. X.

QUOD preponi debuerat, erat, quod priusquam faciei smegmata indatur, vt pura reddatur, concinneturque, vt ad recipienda peraccommoda reddatur: nam plerunq; accidit, vt mulieres, & optimas aquas, & remedia recipient, sed nil operentur. Summa igitur rexit, vt primo præparetur facies. Hæc est optima

præparatio faciei.

Demittantur in ollam aquæ plenam fursures ex hordeacea farina linteolo deligati, & bulliant vsque donec tertia pars supersit, & tremor, quo facilius excidat, exprimitur, hoc decocto ablue faciem, & resiccare permitto, mox myrrham conterunt, eamque oui albumine seraiscent, ac super calentes bacilos, vel lignitas tegulas